





11
I. N. I. S. M. A!
DISSERTATIO HISTORICO-POLITICA,
DE

1703, 10 AD
JUDÆORUM IN
REBUS CHRISTIA-
NORUM PUBLICIS
TOLERANTIA,

Quam
DIVINA AUXILIANTE GRATIA;
Amplissimi Senatus Philosophici Autoritate;
IN PERANTIQUA HAC ELECTORALI AD
HIERAM UNIVERSITATE,

P. 4/3
PRÆSIDE

M. JOHANNE HEIN-
RICO *Siemeroth*/

Ecclesiæ Michaël. Diacono, Gymnasij
Professore, P. L. C.,

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit
RUDOLPHUS FRIEDERICUS

de *Siegler* / ERFURTENSIS,
PHILOS. & JURIS UTR. STUDIOSUS,

In Auditorio Philosophico
Horis confvetis.

Diei 22. Septembris Anno 1703.

ERFORDIÆ,

Excudebat JOH. HENK. *Grosch* / Acad. Typogr.



22

INSTITUTION
DE
JUDICORUM IN
MORIBUS PUBLICIS
TOLERANTIA

PRÆFATIO
AUCTORIS

M. JOHANNES HEIN-
RICH

Electus, Medicus, Doctor, Gymnast

Prof. Publicus, in Universitate
Lipsiensi

1784

LEIPZIG

in Commissione
apud J. Neumann, Neudamm
in Regia Universitate Lipsiensi

UNIVERSITÄT
LEIPZIG
BIBLIOTHEK



REVERENDISSIMO atq; ILLUSTRISSIMO
DOMINO

PHILIPPO
GUILIELMO,

S. R. I. COMITI AC DOMINO

DE BOINEBURG,

S. CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO ATQVE CAMERARIO, ECCLESIARUM
METROPOLITANARUM MOGUNTIÆ ET TREVI-
RENSIS CANONICO CAPITULARI, EMINENTIS-
SIMO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO, AC
PER GERMANIAM S. R. I. ARCHICAN-
CELLARIO ET ELECTORI A CON-
SILIIS SANCTIORIBUS,

URBIS ET TOTIUS DISTRICTUS ERFORDIENSIS

PRO-PRINCIPI

DOMINO SUO LONGE GRATIOSISSIMO

D. D. D.



Um levisimas hasce, de Judæorum in Rebus Christianorum publicis Tolerantia, conscriptas pagellas, REVERENDISSIME AC ILLUSTRISSIME DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMINE LONGE GRATIOSISSIME, TIBI humillime offero, haud immerito beneficii, cujusdam singularis & plane egregii mens mea non potest non meminisse, quod summus rerum omnium Conditor & Conservator populo huic præstitit ingratissimo, quando illum *Aquila alis ex Agypto, domo miserie & servitutis portavit*, ut Exod, XIX, legimus. Quemadmodum enim alis pullos suos *Aquila* eo usque solet portare, donec patrius vigor nido propellit inscios, verniq; jam nimbis remotis insolitos docent nifus venti paventes: eodem modo DEUS Ter Optimus Terq; Maximus gentem judæam, donec in terra patribus quondam promissa, lacte & melle satiaret. Si liceret, REVERENDISSIME AC ILLUSTRISSIME DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMINE LONGE GRATIOSISSIME, Divina humanis comparare, sane affirmare haud dubitarem, Jehovam his verbis *pii Magistratus* symbolum exprimere voluisse. Cur enim tot

nationes *Aquilam* in vexillo gestarunt militari: in
 de certe, quod curam Magistratus pro subditis in-
 dicare voluerunt. Nam quanquam verum est,
 quod Mafonius *Spec. Imagin. Verit. Occultæ Cap.*
XXVII. Tit. II. p. 378. scribit, *hoc animal à labore*
ac vincendi superandiq, certa consuetudine Roma-
nis placuisse, negari tamen nequit, illos etiam ad
 alterum, tutelam nempe respexisse, quam pullis
 præstat ille *Jovis armiger,* ut stylo Poëtico utar.
 id certe elegantissima Urbis Augustæ Vindelico-
 rum incolæ expressisse videntur pictura, dum *A-*
quile in Curia alas & ungues expandenti hoc ap-
 poluere lemma: *alas bonis, ungues pravus.* Profecto
 ILLUSTRISSE DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMI-
 NE LONGE GRATIOSISSE, non poterat symboli
 loco vel quicquam commodius & Tibi apponi,
 quam siderum ille spectator *Aquila.* Multa e-
 nim subditorum millia *Cura Tua* ceu *Alis* portas
 velocissimis: tot cives fortiter defendis: tot inco-
 lis de necessariis prospicis. De *Aquila D.* Hiero-
 nymus refert, quod *tam acri oculorum acie sit*
prædita, ut etiam in sublime alis se tollens omnes
omnino pisciculos maris vel minutissimos possit ob-
servare, quos celerrimo lapsu descendens, si quando
littori appropinquent, correptos deglutiât. Acu-

mine TUO, ILLUSTRISSE DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMINE LONGE GRATIOSISSE, *Aquilam*, Insigne Tuum, vel maxime imitaris: hinc illa in excogitandis consiliis celeritas, in dignoscendis causis prudentia, in rebus moliendis efficiendisqve velocitas. Unico mutato vocabulo quis applicare *Tibi* dubitet, DOMINE PRO-PRINCEPS ILLUSTRISSE, DOMINE LONGE GRATIOSISSE, emblema elegantissimum quod modo laudatus Malonius l. c. p. 15. reliquit, ubi *Aquilam* pingit in petra nidificantem, hoc adjecto lemmate: ITA PROPIOR. ASTRIS. explicatione in super sequenti expressa carmine:

Illustres anima sublimi in sede morantur

Tutius, imbelles saepe ruina trahit.

Rupibus impositos tollit jovis affecla nidos,

Nulla procellosis quos rapit aura Notis.

Alta nocent multis, sed Te levat. Inchyta Virtus:

Austriacâ } tutum, non sine laude, petrâ.
Moganicâ }

Et quid, quælo, ILLUSTRISSE DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMINE LONGE GRATIOSISSE, dum, ne prolixitate molestus Bono aliquid detrahere videar Publico, ad finem prope-ro, magis TIBI apprecer, quam longævitatem *Aquile*?

quila? Nam, si verum est, quod *Rabbi Bechai* ad Genes. 2. annotavit, *illa quoq; decennio ad elementum ignis usque volans adurit* & *decidit in mare*, & *tunc renovatur vita ejus*, unde illud: *Renovatur ut Aquilæ, juvenus ejus.* Psalm. 103. v. 5. *tandem anno centesimo decidens moritur;* & ex Insignibus Tuis, **ILLUSTRISSIME DOMINE PRO-PRINCEPS, DOMINE LONGE GRATIOSISSIME,** nos quoque lætissimum capimus omen, **TE** (quod omnium bonorum desiderium est flagrantissimum,) urbi nostræ diu & ad Nestoris usq; annos fore superstitem. Quo pio voto concludens, Alis **GRATIÆ TUÆ**, ad tutelam omnibus bonis nunquã non expansis ut & ego provehar, protegar, qua par est, animi submissione decentissima supplex efflagito

**ILLUSTRISSIMI DOMINI PRO-PRINCIPIS
DOMINI MEI LONGE GRATIOSISSIMI,**

Subjectissimus, Humillimus & Devotissimus Client

RUDOLPHUS FRIEDERICUS de ZIEGLER;



I. N. I. S. M. A!

PROŒMIUM.



Entem Judaicam ab Ægyptiacis tyrannis olim gravissime pressam, postmodo in terra Cananæa libertati & rerum abundantia restitutam gentilibus nunquam non maximo fuisse & despectui & odio, eorum scripta vel per transennam insipienti, liquido satis apparebit. Causam & originem contemtus iste non agnoscit aliam, quam quod dictus modo populus cum à cæteris nationibus, Religionem & sacra quod concernit, plane diversus, tum quod bellis alienis non adesset, imo quocunque modo commercium cum gentibus habere, peculiari lege prohiberetur. *vid. Joseph. de Bello Judaico Lib. XIIX. Carol. Sigon. de Republ. Hebræorum Lib. VII. CAP. XV. p. m. 543.* Hinc variis scommatibus & sarcasmis Judæis summum Deum venerantibus illuserunt; modo nubes, modo laquearia, modo caput onagri (quod etiam Christianis olim im-

pro-

properarunt à fide alieni) adorare, impudentissime commenti sunt. Testatur ille Juvenalis locus in vulgus notus, Lib. V. satyra 14.

Quidam sortiti metuentem sabbarba patrem

*Nil præter nubes & cæli * numen adorant.*

Nec distare putant humana carne suillam,

Quæ pater abstipuit: mox & præputia ponunt: &c.

* Scaliger pro numen legit lumen.

Tertullianus tamen in *Apologet. pro Christianis* illud commentum elegantissime refutat, inquit: Alius, si hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria. Nempe qui contemtis gentium numinibus, verum Deum, sublatis in cælum oculis invocarent, hi propterea stolidis visis nationibus orare, vel etiam numerare nubes, modo sub dio precarentur, vel lacunaria, quoties hoc facerent sub te-
 Sto. conf. Vossius de Idololat. Lib. III. Cap. 12. De putidissimo illo, falso imputato Judæis crimine adorationis asinini capitis, lege Dionys. Halicarnass. Lib. I. Tacit. hujus Disput. nostræ Cap. 1. §. 8. ac Joseph. Lib. I. contra Appion. Grammat. vid. Mor-næus de Verit. Relig. Christianæ Cap. 21. p. m. 441. cum Notis Breithauptij. Multa quoq; de origine & religione Hebræorum vel falsa finxerunt, vel ex supina ignorantia ipsis adscripserunt Autores profani, fabulantes judæum & Hierosolymum Try-
 B
 pho-

phonis filios, unde nomen genti & urbi manarit:
 Quæ ex Plutarcho de Iside & Osiride p. 363. & a-
 lia plura congescit *Faber in Lex.* sub voce *Judæi*,
 quorsum B. L. remitto. Hinc quoque est, quod
 ne de nomine eorum solliciti Historici alias cele-
 berrimi, gentem Israeliticam tantum ab externis
 quibusdam, & quandoque falso (ut modo co-
 gnovimus) tributis ritibus descriperint. Pro-
 deat ex innumeris *Dion Cassius*, cujus hæc verba.
Palestina antiquitus univèrsa ea gens vocabatur
quæ se à Phœnicia ad Egyptum usque juxta mare
Mediterraneum extendit. Habent autem aliud
præterea adscititium nomen. Regio enim ipsa Ju-
dæa, gens Judæi appellantur. Id cognomen unde
initium cepit, haud scio. Quin & alij homines,
qui secundum eorum statuta vivunt, id gerunt,
quæquam alienigenæ. Operæ ergo pretium
 fuerit, non tantum nominis illius originem
 enucleare, sed & alia ejus gentis plura
 illustrationis gratia afferre.





CAP. I.

De

Varia Iudeorum denominatione & variatione.

S. I.



Udaos à Juda Patriarchæ Jacobi Filio quarto, (non natu majore, qui error est *Becmanni in Orig. p. 585.* nisi forte in locum primogeniti substitutum intellexerit] nomen traxisse clarum est. Quamquam *B. Bosfaccus Moral. Gedanens.*

f. 486. derivare malit à *יהוד* (unde proprium illud Jude nomen alias deduci solet) quod in Hiphil *יהודי* significat confessus est, & *יהודי* confessorem denotat. Quæ autem appellationis istius ratio, non inter omnes convenit: *Lactantius Lib. 4. Hebræos tradit egressos jam Egyptum in quadam Syria solitudine cum consedissent, captos appellari Iudæos, quod lux ejusce examinis erat judas, & terra, quam incolere, judæa.* Ludov. vero Vives in Annotat. ad D. Augustin. de Civ. Dei Tom. II. Lib. XV. Cap. VIII. p. m. 184. alius est sententiæ, Credo inquit, cognominationem inde ortam, unde & tribus Jude regnum meruit, quod ea primapost Mosen, ceteris cunctantibus inter undas Erythrii maris est ingressa, quod putant Hebræi intelligi cum Gen. 49. dicit Jacob juda: ex captivitate, mi filii, ascendisti. Nam sic legunt ipsi.

B 2

S. 2

§. II.

Dicta illa gens etiam fuit Hebræa, ab Hebero, qui (si Carolo Sigonio l. c. p. 29. fidem adhibemus) *veterem sermonem*, Adami scilicet, *retinuit, quod expers consilij adificande turris fuerat*. Cui sententiæ non modo ad stipulatur *B. Augustin.* l. c. Tom II. Lib. XVI. Cap. III. p. m. 271. sed & *D. Hieronymus* & plures alij quos allegavit Ludov. Vives l. c. p. 277. conf. Gersons *Judischer Thalmud* Cap. 1. p. 5. seq. Dissentit tamen Paulus Episcopus Brugenſis, homo Hebraicarum literarum peritissimus, qui *Hebræos esse cognominatos censet quasi peregrinos, hoc esse etymon vocabuli lingua illa: de re non esse dubitandum; quis enim nescit, gentem illam & in terra Chanaan & in Ægypto esse peregrinatam?* Cui fere subscribit Isidorus Hispalensis Lib. VIII. Cap. IV. Etymol. hunc in modum: *Hebræi transitores dicuntur, quo nomine admonentur, ut de peioribus ad meliora tranſeant & pristinos errores relinquunt.* Sed s̄vavisſimam illam allegoriam Viros Celeberrimos, ut hanc præ alia exocularentur derivationem, invitasse, equis non animadvertit?

§. III.

Israëlitarum nomen ab *Israële* sortiti sunt. Hanc autem appellationem per quadringentos annos deſuisse, postmodum Esdræ potissimum temporibus, rursus incepiſſe, & judæos cum Israëlitis concretos communi Israëlis cognomento appellari denuo cœpiſſe, autor est *Conring. Paradox. de Nummis Ebræorum* Cap. 8. p. 75.

§. IV.

Galli præter nomen vulgare *juiſ* etiam nominant *Bourgeois de Hieruſalem*, i. e. cives Hieroſolymitanos.

§. V.

Apella denique dicti sunt, et quidem, si communem sequamur opinionem, à *Venusino Flacco* id nominis confectum esse putatur, quasi ex à & *pella*; quod sint *sine pelle*, vel ut *Martialis* eos per *fannam* vocat, *recutiti*. *Catullus* & *Juvenalis* *verpos*, quod etiam significat sine pellicula, appellitare consueverunt. Quam sententiam plures Viri eruditi amplectuntur, quos inter etiam est citatus modo *Becm. de Origin. p. 922.* (qui p. 992. objectioni occurrit, quod nimirum à in compositis non semper producat, veluti videndum in voce *amarus* quæ à *mari* vom *Meer* deduci solet) & *Soleritissimus Minellius* qui in *Notis ad Satyr. V. Horat. Lib. I. v. 100. apella* *recutitus* & *circumcisus*. Alij vero putant, fuisse Romæ *Horatij* temporibus quendam *Judaum* cognomine *Apellam*, cujus utpote omnibus notissimi Proprium in Appellativum commutarit Poëta. Quorsum à *Fabro* in *Lex. citantur Salmasius in Osfilegio Lingvæ Hellenisticæ p. 384. Frischmuth Dissert. de VII. Noachi precept. s. 14. Vossius P. IV. Inst. Orat. p. 9.*

§. VI.

Accipitur vox *Judæus* (uti ex *Josepho* observat *Martini in Lex. philolog.*) 1) aliquando latius, aliquando angustius. Quando late accipitur, omnes complectitur ejusdem originis & religionis, aut saltem religionis societate junctos *Jerosolymitanos*, *Galilæos*, *Paraitas*, *Idumæos*, *Alexandrinos*, *Babylonios*, & omnes, qui *Pbiloni* & alijs dicuntur εἰ ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, h. e. ex dispersu. Quando angustius id nomen sumitur, *cives duntaxat Jerosolymitanos* complectitur, & illas *decem toparchias*,

qua Plinio enumerantur Lib. 2. Cap. 14. & Josepho Judaici Bell. Lib. 3. Cap. 4. ubi non decem; sed undecim recensentur sive toparchiæ sive *καταρχιαι*, hinc gentes sorte habitatum missæ, in quarum medio urbs sancta eminebat, ut in clypeo umbilicus. Hactenus verba Martini. 2) etiam quandoque hæc vox pro Israëlita vel judæo spirituali seu Christianis, quemadmodum Lactantius usurpat Lib. 4. de vera sapientia, scribens: *Domus autem juda & Israel non utique judæos significat, quos [DEUS] abdicavit, sed nos, qui ab eo convocati ex gentibus, in illorum locum adoptione successimus, & appellamur Filij Judæorum, quod declarat Sibylla cum dicit, Ισδδων παραγωγον θεον νεεος εσπαριων.* Sed hæc significatio ab instituto nostro aliena est. Sumitur etiam consvete pro fœneratore, seu eo, qui ex minimis maximas cogit usuras, hinc in vernacula nostra: *Das ist ein Jude.* item: *Er laufft mit dem Juden-Spieß:* Quod Judæi sangvisugis simillimi; in nihil aliud intendant, quam ut ære Christianos emungant, & lucrum, undecunque possunt, contrahant. At & hæc Significatio uti impropriissima, ita à nostro instituto plane aliena est.

S. VII.

Quod populum ipsum concernit, loquimur nunc non de eo, qui olim erat populus Dei electus & peculium ejus, sed qui per infidelitatem pariter ac impietatem à Deo vero turpissime defecit, promissum sibi & toti Mundo Messiam probris affecit, cruci affixit, quem & in præsentem usque diem horrendis blasphemijs proscindit, in reprobum sensum tantum non omnis datus. Quomodo illos præsertim ratione cultus divini describant

gant gentiles, paucis quoque hic adferemus. *Diver-*
sum à reliquis hominibus obtinent, cum alijs in rebus, u-
sque vite quotidiano, tum eo præsertim, quod nullum ex
cæteris Dijs colunt, unum autem quendam summo studio
venerantur. Tum quoque temporis (Pompeji & Hircani)
nullum Hierosolymis simulacrum extabat. Nimirum su-
um illum Deum ineffabilem (in margine legebatur: &
formæ expertem) invisibilemque existimantes, religioso
ejus cultu cæteros mortales superant: Cui templum sum-
mamolis, pulcherrimumque exstruxerunt &c. Verba sunt
 supra citati Dion. Cassij Histor. Rom. Lib. 37. p. 38.

§. IIX.

Ejusdem fere argumenti sunt, quæ P. Corn. Tacitus Lib.
 XXI. Annalium statim ab initio de Judæis partim vera, par-
 tim manifestò falsa retulit; quia vero falsitas veritatem
 quam maxime illustrat, hic adscripsisse non pigebit verba
 Autoris propria licet aliquantum prolixiora; sunt autem
 ista; *Judeos Creta Insula profugos, novissima Libyæ inse-*
disse memorant, qua tempestate Saturnus vi jovis pulsus,
cesserit regnis. Argumentum è nomine petitur. Inchy-
zum in Creta Idam montem accolat, judæos, aucto in Bar-
barum cognomento, judæos vocitari, quasi Ideos: quidam
regnante Iside exundantem per Egyptum multitudinem
ducibus Hierosolyma ac juda proximas in terras exonerat-
am. Plerique Æthiopum prolem, quos rege Cepheo me-
tus atque odium mutare sedes perpulerit. Sunt qui tra-
dant Affrios convenas, indigum agrorum populum, par-
te Egyptij potitas, ac mox proprias urbes Hebræasque ter-
ras, & propiora Syria coluisse. Clara alij judæorum ini-
tia: Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, con-
ditæ urbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. Plurimi au-
 tores

tores consentiunt, orta per Ægyptum tabe, qua corpora
 fœdaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo re-
 medium petentem, purgare regnum, & id genus hominum
 ut indivisum Deis, alias in terras avehere iussim. Sic con-
 quisitum collectumq; vulgus, postquam vastis locis relictum
 sit, ceteris per lacrymas torpentibus, Mosē unum exulum
 monuisse, ne quam Deorum hominumve opem expectarent,
 ab utrisque deserti, sed sibi met ut duci cœlesti crederent,
 primo cujus auxilio credentes, presentes miseras populi-
 sent. Assensere atque omnium ignari fortuitum iter in-
 cipiunt. Sed nihil aque quam inopia aqua fatigabat.
 Jamque baud procul exitio totis campis procubuerant,
 cum grex asinorum agrestium è pastu in rupem nemore
 opacam concessit. Secutus Mosēs, conjecturam herbidis so-
 li, largas aquarum venas aperuit. Id levamen, & con-
 tinuo sex dierum iter emensi, septimo pulsis cultoribus, ob-
 tinuere terras, in quibus urbs & templum dicata sunt.
 Mosēs, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus
 contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic
 omnia, qua apud nos sacra. Rursum concessa apud illos,
 qua nobis incesta. Effigies animalis quo monstrante er-
 rorem sitimque depulerant, penetrati sacravere, caso
 ariete velut in contumeliam Hammonis. Bos quoque
 immolatur, quem Ægyptij Apin colunt. Sue abstinent,
 memoria cladis, qua ipsos scabies quondam turpaverat,
 cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris
 abduc jejuniis fatentur. Et raprarum frugum argumen-
 tum, panis judaicus nullo fermento detinetur. Septimo
 die otium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit:
 Dein blandiente inertia septimum quoque annum ignavia
 datum. Alij honorem eum Saturno haberi: seu princi-
 pia

pia religionis tradentibus iudeis, quos cum Saturno pul-
 sos, & conditores gentis accepimus: seu quod è septem si-
 deribus quis mortales reguntur, altissimo orbe & praci-
 pua potentia stella Saturni feratur. ac pleraque caelestium
 vi sua & cursu septimos per numeros commere. Hiri-
 tus quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur, cate-
 ra instituta sinistra fœda pravitate valere. Nam pes-
 simus quisque spretis religionibus patriis, tributa & stipes
 illuc congeriebant. Unde aucta iudeorum res: & quia
 apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed ad-
 versus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discre-
 ti cubilibus, projectissima ad libidinem gens, alienarum
 concubitu abstinent. Inter se nihil illicitum. Circumcide-
 re genitalia instituere, ut diversitate noscantur. Trans-
 gressi in morem eorum idem usurpant. Nec quicquam
 prius imbuuntur, quam contemnere deos, exuere patri-
 am: parentes, liberos, fratres vilia habere. Augenda
 tamen multitudini consulitur. Nam & necare quenguam
 ex agnatis nefas, animasque praelio aut supplicijs peremi-
 torum aeternas putant. Hinc generandi amor & morien-
 di contemptus. Corpora condere quam cremare è more
 Aegyptio. Eademque cura, & de infernis persuasio, ce-
 lestium contra. Aegyptij pleraque animalia effigiesque
 compositas venerantur. iudei mente sola, unumque numen
 intelligunt. Profanos, qui Deum imagines mortalibus
 materijs in species hominum effingant. Summum illud
 & aeternum neque mutabile, neque interiturum. Igitur
 nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt. Non
 regibus hac adulatio, non Caesaribus honor. Sed quia sa-
 cerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera

Vinciebantur, vitisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli domitorem Orientis quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis, quippe Liber festos Latinosque ritus posuit: judæorum mos absurdus sordidusque.

§. IX.

Si quis diversas quoque Judæorum sectas cognoscere desideret, adeat *Isidorum Hispalens. l. c. Gerson in Judischen Thalmud Cap. II. p. 9. f. Buxtorff. Synagog. Judaic. Cap. I. p. 1. seqq. & alios.*

CAPUT II.

Expendens rationes, quæ suadent Judæos in Rebus Christianorum publicis tolerandos non esse.

§. I.

Ntequam ad Argumentorum pensanda pondera accessum faciamus, quid ad hanc de Judæis conscribendam Dissertationem impulerit, aperuisse, non erit inconueniens. Antea nimirum fuit illa, quod, paucis abhinc annis è terris quibusdam Christianorum Hebræis minitabatur expulsio, in quibusdam acerrima eorundem suscipiebatur defensio. De expulsionem Novellæ Gothanæ Anno 1699. Zellâ Calendis Julii: Es ist denen hiesigen Juden anbefohlen worden / gegen künfftigen Michaelis ihre Schulden zu bezahlen / und ihre ausstehende einzufordern; Es wird gegen solche Zeit ein edict heraus kommen / krasst dessen alle Juden aus hiesigen Fürstenthüern und dazu gehörigen Landen sollen bannisiret werden. Varsovia 19. Julij hæc

hæc referebant Relationes Colonienſes: Denique in *ter-
tia Sefſione dirempta res fuit, ut Hebræi regno arceantur.*
Pro defendendis Judæis hæc dabantur per modo dictas
Colonienſes Romæ 12. Auguſti: *Quandoquidem nova
querela perferuntur Hebræos à Chriſtianiſ, qui parum vi-
dentur memores diplomatum, qua bujus urbis Gubernā-
tor alias curavit affigenda, multis affligi moleſtiis, ac te-
mere divexari; iterum perſedere ſancitur & inbibetur,
ne quis, cujuſcunque ſexus, ætatis, ordinis fuerit, ulla ra-
tione hanc gentem recutiſtam deinceps verbo, aut factō
affligere, clam aut palam afferre injurias quovis modo au-
deat vel debeat; ſecus pœnam 25. ſcutatorum & tres iclus
virgarum infamium, aut gravioſem pro exceſſus modo in-
cuſurus. Quæ pœna eò extenditur, ut magiſter pro di-
ſcipulo, parens pro filio, Dominus pro famulo puniendi ve-
niant. Quare licet materia illa varie à variis tractata fue-
rat, digna tamen videbatur, quæ his quoque tempori-
bus ſub incudem diſputationis revocaretur.*

S. II.

Cauſæ vero, quæ judæos è Politijs Chriſtianorum
exulare jubent, non ſunt exigui momenti. Etenim
hic ſefe offert 1) *blasphemia execrabilis*: qua non tantum
audito dulciſſimo nomine Jeſu, exſpuunt, & ex vocabulo
ישו, [ignosce ſcribenti, Salvator Optime!] ומח שמו וזכרו
deleatur nomen & memoria ejus, faciunt; vid. Buxt. Lex.
Talmud. Rabbin. f. 992. ſub voce ישע) ſed etiam ſvaviſ-
ſimum Evangelium, nuncium ſolatij pleniſſimum con-
vertunt in Avon Gelaion, quod ſignificat iniquita-
tem revelationis, vel revelationem iniquitatis, Bux-
torff, l. c. p. 42. Alia in Chriſtianiſmum probra, velut

in B. Virginem Mariam, Imperium Romanum &c.) lege apud *Job. Theod. Sprenger Synops. jurispubl. Cap. XI. p. 264.* Quando in scriptis eorum occurrunt voces בֵּית הַבְּרִית *domus perdita, domus perditionis, vel que pererat, ijs designant scholas hereticorum, i. e. (uti volunt) Christianorum, in quibus docebant & explicabant Evangelia, & libros fidei Christianorum, disputabantque contra judæos. Hodie tamen, quia arcanis ipsorum Christo addicti, per culturam Lingvæ Sanctæ & Talmudicæ, admissi, hanc suam ipsos malitiam aliquantum tegere, detexit incomparabilis Philologus. antea citatus Buxtorff. l. a. p. 8. Memoratu certe digna sunt, quæ B. Selneccerus in *Funebris Augusti Electoris* p. 20. de hoc ipso Saxonico Principe Gloriosissimæ recordationis refert: *Cum aliquando judæi de meliori nota Electori commendarentur, certumque in Saxoniam locum sibi assignari supplicibus votis precibusque flagitarent; Elector vero mihi (verba sunt Selnecceri) in mandatis dedisset, ut cum Hirschio judæo atate reliquis proveciore, qui literas perserebat systaticas, sermones caderem, tentaturus numeros & mentis caligo depelli possent. Ego vero finito colloquio, dixissem, me non posse induci, ut credam Hebraum hunc statuere Deum aliquem existere, nedum ut veneratione adoraturus sit; tum graphice admodum Elector: Wenn diese und andere Juden mir auch Geld zuschneieten / wolt ich sie doch in meinen Landen / darinnen zu wohnen / nicht leyden: Denn solt ich die leyden / die mir meinen Herrn Christum lästern / so wäre ich gar treuslos an Christo. Mengerling, Informat, Consc, Evangel. p.**

28. Idem fere respondit (cum quidam iisdem privilegijis quæ habent judæi Francofurti, Pragæ, Wormatij, & alibi, in Ducatum VVirtenbergicum propter maxima commoda eos invitandos censerent) *laudatissimus Christophorus Dux Wirtenb.* teste *Gillbauf.* apud *Daniel. Ottonem Oringensem J. U. D. Dissert. Juridico-Politica de jure Publ. Imperij Rom. Cap. 19. p. 646.* Wenn diese verfluchte Leute mir wolten Geld voll auffgeben/ wolte ich sie doch in meinem Fürstenthum/ weil sie an meinem Bruder und Erbsen Jesu Christo treuloß worden/ und offensliche Zauberey seynd/nicht leyden. *Quantas hæc judæorum blasphemiarum quoque hinc in deturbas & molestias excitaverint, cognoscere possumus ex sequentibus, quæ Vir Magnificus Dn. D. Frommannus Nordbusane Reip. Consul Senior Merentissimus, Medic. Practicus Felicissimus ut & Pbysicus Ordinarius Celeberrimus, studiorum meorum Promotor, Patronus & Evergeta post fata Colendisimus, ex Tabulario Publico seu Archivo, quod vocant, Nordhusano excerpta, propriâ manu descripta, huc transmittere dignatus est: Accidit A. 1550. ut judæus quidam cognomine Jeter hic Nordbusa, negotiorum, nescio quorum, causa fabricum quendam lignarium in opere suo fervidum, inviseret, cum haud longo temporis intervallo eo se quoque Diaconus S. Nicolai, qui tum in vivis erat, ad quadam expedienda reciperet: occasione ergo data de opificio lignariorum differendi, impudenti & fronte & mente Hebræus insit: Deus vester Jesus, artem quoque fabricandi ligna exercuit, homo petulans & nefarius, cujus facinora Magistratum jure compulerunt, ut severa animadversione compesceret. Indignatione his plenus abiit Diaconus: mox pro cathedra sacra in blasphemiam hanc judaicam acerbe invehitur. Quibus auditis, D. Justus Jonas, Theologus Celeberrimus, cum forte fortuna suos in patria Nordbusana inviseret, non minus in oratione quadam Ecclesiastica,*

ad populum in aede D. Nicolai habita, idem Hebræi crimen atrocissimum verbis perstringit durissimis; mox curiam petens obnixissime à Senatu contendit, velint digna scelus pœna excipere. In forum ergo citato judeo seris injungitur minis, ut ocyus citius cum conjuge & liberis ex urbe pedem efferat, quippe locum commorandi blasphemio non amplius concedendum. Dièto audiens ille abijt inritus. Interim tamen Spira Senatui dicto Nordhusano dicam scribit, litibusq; in longum protractis multorum & sumtuum refundendorum & molestiarum tolerandarum non paucarum fax & tuba exitit.

§. III.

2) *Scriptura Sacra detorso.* Nam quod quidam hic afferunt, judæos S. Codicem plane corrupisse, multis argumentis à Philologis refutatur. Obstat a) summa & superstitiosa ipsorum religio, quia ut Bellarminus ait, *hodie quoque sexcenties mori paterentur potius, quam Legem DEI in aliquo mutari Lib. II. de Verbo Dei Cap. II. jus Regium Schickardi viginti annotavit vitia, quorum singula totum volumen Codicis Sacri (si quando describunt judæi) profanum atque inutile reddunt* β] Masora, quæ non tantum omnes consonantes & vocales sed & singulas voces, hoc vel illo modo punctatas numeravit, adeo, ut nihil Ebraicæ veritati addi, nihil detrahi possit, quin statim vel alij Judæi, præsertim קַרְרַי Karrai (qui soli litera textus Scripturæ & Legis adherent, totam Legem Oralem, b. e. omnes Rabbiorum Traditiones, Constitutiones, Glossas rejicientes, & scripturam pro suo lubitu exponentes, Buxtorff. Synagog. Judaica Cap. I. p. 1.) vel Christiani advertant. Scherz. System. Theolog. Loc. I. de Script. S. p. 21. ipsos tamen verbum Dei ridicule admodum discerpere atque detorquere ac si sensus communis expertes omnino essent, probat testimonijs laudatus modo Buxtorff. I, c. Cap. III, p. 42. seq.

§. IV.

3) *Insidia & crudelitas.* Insidias nempe hinc induunt cum obscuro, tum illustri loco natis: cum certis personis, tum universis nationibus. Expertus illud est imperator Carolus II. Calvus dictus, quo de fide digni referunt Historici, quod in febrem prælapsus à Sedechia, judæo Medicaastro, pulvere venenato interemptus sit, *exemplum daturus posteris, quam imprudenter Christiani Christi hostibus valetudinem committant curandam*, epicrisis est, *Acutissimi dum viveret, Hildebrandi Rectoris quondam Lycai Nordbusani & Martisburgerensis Celebrissimi, Synops. Histor. Univers. p. 174. eadem legenda exhibet Münsterus Cosmogr. Lib. III. Cap. 19. f. 397. seq.* Hinc Osiander Centur. 9. Eccles. p. 44. *Mirum igitur, quod, cum talis perfidie judæica aliquot extent exempla, nihilominus non modo homines plebeji, sed etiam principes & Reges, judæis (odio Christi flagrantibus) vitam suam credant. Nam & nostro seculo Elector imperij (cujus nomen sciens reticeo) à Medico suo judæo sublatus est veneno.* Fuit vero Elector ille Joachimus II. Marchio Brandenburgicus, quo de *Chytræus in Saxonia p. 602.* Extinctus est vi veneni, quod in Malvatico ipsi cubitum ituro judæus quidam familiaris miscuerat. Quod scelus quinquennio post, indicio vocis ab uxore judæi cum marito rixante imprudenter emissæ, deprehensum est. Plura videsis ap. Mengerling. l. c. p. 1069. seq. Pertinet huc nefarium factum judæorum Viennensium, quod Constantinus Germanicus in Itinerario Germaniæ Politico p. 64. his verbis narrat. *Quum Viennæ degerem, hi pestiferi homines molitorem data pecunia eo induxerunt, ut ipsis uxorem suam venderet: quam cum maritus sub prætextu mutui ad ipsos misisset, nefarij isti ho-*

mines

mines suffocarunt, & anatomix corpus subjecerunt. Per-
 hoc facinore repertum est deinde cadaver in Danubio
 sacco immersum, Inquirebatur tum adhuc in ejusmodi de-
 lictum; ex Actis publicis verò postea didici, molitorem cū
 nefarijs judæis; nonnullis justis supplicijs esse affectos.
 Ad crudelitatem quoque spectat fontium infectio: exem-
 plum ejus rei commemorat Münsterus l. c. Lib. II. de
 Gallia Cap. 79. p. 180. *Anno Christi*, inquit, 1322. *le-*
proforum in Gallia non pauci dirisimis subiciebantur supplicijs:
isti enim Judæorum suavis & instinctu jurato promiserant, se omnes
fontium scaturigines toxico per universam Galliam tincturos, quo
homines vel subitanea morte perirent, vel lepræ contagio corripere-
tur. Ita vero rem aggrediebantur: Massam sanguine & urina hu-
mana mixtam venenatis herbis imbutabant, quam fasciculo collectam
appenso lapide fontibus injiciebant è vestigio ima perentem. Re com-
perta Rex Gallie Philippus in Provincia Narbonensi omnes leprosos
sceleris conscios igne cremari jussit. Eodem tormenti genere Judæos
& leprosos quoscunque, nequitie hujus convictos, è medio sustulit.

S. V.

Huic materiæ inservientia quoque supra Laudatus
 Dn. D. Frommannus cognoscenda posteritati commu-
 nicavit de Friderico [Severo forte qui obiit Anno 1349]
 Marchione Misnensi sequentia. *Als die Juden in Weis-*
sen und anliegenden Ländern beschuldiget worden / daß sie
die Christen zu verderben die Brunnen vergiftet hätten /
und allesamt todt geschlagen worden / schrieb Marggraff
Friedrich zu Weissen dieses damals an hiesigen Racht:

Frydrich Marchio Misnens.

Ir Rathmeister und Rath der Stadt Nordhusen
wisset daß wir alle unse joden haben lassen bomen / also wyt
als unse Lande sin / umme dy grosse Bosshedy dy sy an der
Chry-

Chrystenheit han getan/ wan sy dy Chrystenheit gar wol-
 len tod han/mit vergiffst/dy sy in alle Borne geworffen han/
 dessen wir genschlich verkund davon haben/das das war ist.
 Darumme raten wir uch/das ir uwer joden lasset toden/
 Gotte zu Lobe/das die Chrystenheit noch icht geschwächt
 von in werde. Was uch dorumme antreyt/ das wolln
 wir ken unzerne Herrn/dem Könige und gen allen Herrn
 abenemen/ ouch wisset/das wyr Henrichen Schneyen/ un-
 sen Voigt von Salsa zu uch senden/der sol uber uwer Jo-
 den clagen/ umme dy vor genante Bosshert/dy sy an der
 Chrystenheit getan haben/darumme byte wir uch vhsf-
 lichen/das ir demerchts helffet uber sy/das wolln wyr son-
 derlich umme uch verdienen/gegeben zu Hfenach/ an deme
 Sonnabend nach Sent-Walpurge tage/unter unserme
 heymelichen Ingesiegel. Ob nun wol dem zu folge/ der Rath
 und die Bürger alhier/die Juden zu selbiger Zeit theils ge-
 fohdet/ und theils gefangen/ mit Weib und Kindern aus
 der Stadt gejagt/ und alle ihre Güter geplündert / und
 confisciret haben/ so sind sie doch in des Käyfers Caroli
 IV. Ungenade/ Reichs-Acht und Uber-Acht gefallen/ wel-
 cher die Execution denen Graffen von Hohnstein und
 Schwarzburg Reichs-wegen uffgetragen hat/ mit wel-
 chen und andern/die davon Schaden genommen/die Stadt
 sich vergleichen und ausfühnen/ auch insonderheit denen
 Herrn Graffen 400. Marec lötiges Silbers geben müssen.

S. VI.

Quæ sibi ob judæorum expulsionem eodem anno
 Erfordia atraxerit incommoda, eleganti stylo & verbo-
 rum ornatu refert *Celeberrimus Gudenius* qui Lib. II. Hi-
 stor. Erfurtens. S. X. p. 104. seq. hæc memoriæ prodidit:
Ampla urbs commercii hactenus crederat, sed numerosor

D

ju-

*judaeorum copia potissimum lucrum retulerat: ut enim
 fraudulentum id hominum genus inter virtutes dolum nu-
 merat, quo Christianum decipit, sic intra limites recti se con-
 tinentem mercaturam facile praevenit. Cum ergo potissi-
 me opes his sordibus affluerent, in omnium invidiam inci-
 derunt. Senatus etiam furorem plebis laxaverat. Incer-
 ta fama spargebatur, puteos à Judaeis injecto veneno cor-
 ruptos. Sufficiebat rumor ad crudele facinus, omnesque
 mortes huic toxico imputabantur. Ad convicia primo ven-
 tum: mox concurritur, ipsaque Judaeorum aedes obfesse.
 Illi fores & aditus impedimentis obruunt. Delinquentium
 multitudo spem impunitatis, hinc & licentiam auxit, ad-
 movetur flamma, atque domus una cum Judaeis & opibus
 igne cremantur. Sex millia omnis aetatis & sexus occubue-
 runt. Alii Judaeos ipsos, cum presentissima mortis pericu-
 la vidissent, aedes & cum iis sibi rogam succendisse dicunt,
 sperantes flammam urbem invasuram, ut non soli interi-
 rent. Probabile est, venificium falso sparsum ab iis, quos pe-
 cuniis mutuo datis sibi Judaei devinxerant, ut sublatis credi-
 toribus se quasi per compendium à nexu liberarent. Gravi-
 ter hoc facinus Elector tulit, quippe in Judaeis sua regalia
 lesa querebatur. Urbs veneficio interemtorum, quae ege-
 rat, excusavit. Attamen placari non poterat Gerlacus,
 priusquam reditus omnes, qui Archiepiscopali fisco à Ju-
 daeis pendebantur, ararium urbis in se reciperet. Multam
 praeterea centummarcarum argenti in singulos annos di-
 citur. Rem hanc paulo aliter narrat antiquum Chroni-
 con Thuringiacum Jobannis Bangii, pag. 137. b. (quod lu-
 cem aspexit Mulhufii 1599] hoc modo: In diesem Jahr
 1349. war ein grosses Sterben in Thüringen/ und sonder-
 lich zu Erfurt waren alle Kirchhoffe mit Todden erfüllt/
 dass*

daß man sonst noch eilff Gruben muste machen/ darein in die zwolff tausend Menschen kamen/ wie diese Verse bezeugen:

Mille trecentis decies quinis simul annis,
Hic hominum necifex locat ter millia bis sex.

Und dieweil man die Jüden verdächtig hielt/ daß sie dieses Sterbens etwa ein Ursach gewesen seyn solten / daß man ihnen Schuld gab/sie hetten die Brunnen vergifft/wurden sie alle die Fasten über zu Gotha / Jfenach / Creuzburg/ Arnstadt/ Ilmen/ Nebau/Weyhe/Denstadt/Herbsleben/ Thomesbruck / Franckenhausen / Sondershausen und Weissensee erschlagen. In Erfurt wohnten dazu mal bey 3000. Jüden/ deren wurden von den Bürgern über hundert erschlagen. Die andern lieffen zusammen in ihre Häuser/ steckten sie an/ und verbrandten sich selbst darinnen.

s. VII.

4.) *Dolus & fraudulencia.* Solent enim (præterquam quod furto ablata facile occultent) vel in commutandis vel vendendis mercibus Christianos variis fraudibus & dolis circumvenire: quod, quia apud ipsos in virtute ponitur, soleque meridiano clarius est, probatione non eget.

s. VIII.

5.) *Seductionis periculum.* Quanquam enim publico interdicto cautum sit, ne homines Christianos ad suam pertrahant Religionem judæi L. 16. C. de jud. certe tam perspicaces ubique esse non possunt Magistratus Christiani, ut omnes ad castra recitatorum abeuntes observare possint: hinc, ut eo magis lateant, in Poloniam & Bataviam abripiunt apostatas nefarios ibique circumcidunt. Quam in rem partim ex historia nuperrima,

D 2

par-

partim recentissima quædam in medium adducam. Anno Christi 1603, die 11. Maji] verba sunt Christiani Gerfonis conversi Judæi in Jüdischen Thalmud Cap. XXXIII. p. 287. seq.) Christianus quidam Halberstadii me invisans, M. Valentini Schindleri, Prof. Helmstad. Amici singulariter dilecti nomine me salutabat quam sçavissimè, literas insimul afferens, in quibus hæc erant scripta: hanc tibi exhibens epistolam à judæis quibusdam certis in fidei Christianæ capitibus mirum est divexatus, adeo, ut dubitet, num Messias in mundum venerit, an adhuc sit expectandus? quem certis, quæso, argumentis ita informes atque instituas, ut in viam veritatis redeat. Ego vero, cum multa perplexus animo reputarem & causas habuissem gravissimas vitandi hominis consortium, utpote quod ipse prima Christianismi rudimenta vix posueram, & confortatione egebam; partim quod ingens bonæ existimationi meæ detrimentum (si forte fortuna, res ex voto minus successisset) immineret: præsentissimum denique subesset periculum, virum istum à Judæis immerito mihi intentis, pecunia corruptum esse subornatum, ut me è medio tolleret, unde etiam amicorum non pauci colloquium dissuadebant. Mandato tamen Salvatoris, dicentis: *si quando ad meliorem redieris frugi, conforta fratres tuos*, aures ut præberem, anxio & dubiis vexato homini ut inservirem pro virili, omnem operam impendendam censui. Ille ergo multa verborum prolixitate & gestuum tristitia sui confusionē indicans, narrare, se in itinere, quod Lugduno Batavorum Uratislaviam Silesiæ metropolin suscepisset, à judæo quodam per Episcopatum Monasteriensem Hamelam usque & viæ & sermonis comite, quoad præcipuum Christianismi caput valde concus-

cussum esse. In primis, quod inter alia Hebraeus modo dictus contendisset, dicta plurima pro Messia allegari solita in Hebraica lingua longe aliter sonare, quam in vernacula nostra expressa sint; ideo se contulisse Hildesiam, magno flagrantem desiderio, ut à Judæis illic locorum commorantibus veram sententiam perciperet. **Q**uamprimum vero pedem urbi intulisset, adiisse die Veneris 29. Aprilis dicti Anni R. Levi, in suburbio montano habitantem, die sequente, Sabbathi nimirum, quinque judæorum Doctores seu Rabbinos, R. Levi, R. Nathan, R. Mosen, R. Liebmann & Salomonem in ædibus R. Nathani convenisse, quos obnixè & multis precibus oravisset, ingenue sibi edissererent causam, qua ducti Jesum Nazaranum Messiam mundi venerari nollent. Id illos animo spontaneo & lubentissimo in se suscepisse, ita, ut non varia modo dicta Biblica suo modo in alienum sensum detorserint, sed etiam Rabbinarum Thalmudistarum sententias prælegerint, quas summo studio collectas in palimpsesto annotasset, firmoque jam animo conclusisset, in Poloniam se conferendi, & præputio deposito, circumcisione admissa Religionem Judaicam ingredi. His omnibus atque singulis probe cognitis, & ex Thalmudicis mendaciis quæ conscripserat, perlectis, per Dei gratiam, Virorum Eruditorum adjutus opera, ad meliorem mentem revocabam, ita, ut elapso decem dierum spatio, (tandiu enim mecum conversatus erat) abitum pararet, quem Divina clementia benedictum esse jubeat. Amen!

Doctissimus Antonius Margarita scribit, Fidei Judaicæ Cap. III. de Mendicitate, se in Hungaria tres vidisse viros, qui parentibus Christianis nati, nomina sua Judaismo dedissent, & ingentem vim auri, argenti que pondus

dus haud exiguum in hac gente circumcisa uersantes cor-
 rasisent. In Chronico judaico Schebeth juda fol. 48.
 habetur, quod Regina Gallia Confessionarius ob Judai-
 cam, quam amplexus erat, Superstitionem, combustus
 sit. Aliud Chronicon Zemach David f. 61. scribit: Se-
 cretarium quendam Lusitanum ad judæos defecisse, &
 postquam Carolum V. Imperatorem Augustissimum, ut
 & Regem Gallia ad Judaismum allicere uellet, à Casare
 igne crematum esse, Etiam Martinus Freitagius, allegan-
 te Georgio Schererio Postillæ Concione 1. Dominica
 Quinquagesima, ad Judaismum defecit. Hucusque ver-
 ba Gersonis.

§. IX.

Pudet certe alterum idque recentissimum comme-
 morare exemplum. Interim tamen, ne ueritati vel quic-
 quam detrahamus, quæ de hoc ipso inaudita fuerunt, fi-
 deliter recensebo. Fuit Nordhusæ juvenis quidam mihi
 coëtaneus, (cujus nomini certis ex rationibus parco) for-
 ma non inelegante, statura eximia, Musica, ut uocant,
 instrumentali & uocali excellens, liberalibus artibus me-
 diocriter tinctus. Is, cum per aliquot annos peregre ab-
 fuisset, nescio qua libidine dementatus, cum foemina Ju-
 daica quo familiarius ac svavius, eò perniciosus atque
 infelicius inuit consortium, & quidem extra patriam. I-
 psam, cum terras patrias reuideret, nescio ex quam dis-
 sita regione aduenientem secum Christianam falso præ-
 tendebat. Sed propinqua cognatione conjunctis scrupu-
 lum statim iniecit, quod illa uasa quælibet & utensilia Ju-
 daico more purgaret, nec solito per omnia uictu cum iis
 uteretur. Amolitus est iste suspicionem, nescio quem
 prætextum quærens, & fuga tam sibi, quam suæ postmodo
 con-

consuluit. Propinqui & cognati nunc ea de re interrogati, facinoris admisi erubescences, id palliare videntur silentio; quidam tamen ut & cives alii ingenue nefarium scelus sunt confessi, ipsumque Hanoviae judaeorum synagogam frequentantem, eorumque habitu manifesto incedentem, sese deprehendisse, constanter affirmant.

§. X.

6) *Hypocrisis.* Solent enim Hebraei non raro ad Religionem Christianam accedere, fonte Baptismatis sacro sanctissimo tingi, & fidem profiteri; postea tamen ad vomitum redire. Ipse cum Lipsiae studiorum gratia degerem, adii, audivi, consului cum ceteris Studiois & Magistris Philologis, egregie in Rabbimicis versatum neophytum, cognomine Christiani, quem publicis sumtibus Potentissimorum Electorum Saxoniae Clementia per annos viginti, & quod excurrit, aluerat; Hic non tantum Judaeorum doctrinam & fabulas Thalmudicas quam sapissime refutavit verbis prolixissimis, sed & Articulorum Christianorum veritatem, dictis Biblicis accuratissime ponderans, asseruit rationibus firmis: aliquando tamen nobis ne advertentibus quidem, novaque visendi cupidis (quippe paulo ante tubam corneam, qua sacerdotes clangentes populum Israeliticum olim convocabant, veram experimentem effigiem, ut volebat, monstraverat) forte quod aes alienum hinc inde coactum dissolvere non posset, sese proripuit, urbi & fidei Christianae ultimum dicens vale: conjugem in Christianismo nata relicta, filia vultu egregia secum abducta. Ad contribules in Poloniam dicebatur reversus, quae constanti hactenus fama rumore confirmavit. Simile quid refert Erasmus Francisci Acer. Exotic. P.I. Tit. XXXVII. p. 474. *Tener Jude/*
wel

welcher in der Christlichen Religion von Jugend = auff
 erzogen und endlich gar Patriarch zu Jerusalem worden /
 als Er nach Constantinopel reisete / um daselbst Pa-
 triarch zu werden (welches Er durchs Geld an sich erkauft)
 fiel in eine Krankheit/ die ihm auch den Tod brachte. In
 selbiger berieff Er den Erz-Bischoff zu Constantiopol, in-
 gleichen den Metropolitzen oder Erz-priester/alle Bischöffe
 und Aebte/ so viel man deren haben kunte/ und nicht we-
 niger die Obersten von der Juden-Genossenschaft. Weil
 nun ein ieder verlangete um was Urfache solches geschehen/
 blieb fast keiner aus. Da sieng Er an in ihrer Gegen-
 wart zubekennen/ Er sey ein Jude von Geburt / ein Jude
 in der Religion/ ein Jude iederzeit gewesen/ dem das Chris-
 stenthum zwar auff der Lippen/ das Judenthum aber be-
 harrlich im Herzen gefessen; wolle jesso auch ein Jude
 sterben / und seine Juden-Genossenschaft hiemit ersucht
 haben / daß sie ihn als einen Juden nach der Juden
 Weise möchten begraben. Daß dieses keine Rede ver-
 rucktes/sondern vollkommenen Verstandes / beglaubte Er
 mit einem schriftlichen Aussage von seiner eigenen Hand /
 welches Er aus seinem Busen hervor zog/ und dem ältes-
 ten der Hebreer überreichte.

CAPIT III.

*Proponens fundamenta, quae Hebr. eam gentem
 Christianos inter versari posse adstrunt.*

§. I.

HUc 1) revocatur, quod non possint esse nusquam, sed
 debeant commorari alicubi. Nam, quod olim Aenea
 de Troja crudeli excidio deleta Italiam ingressi Re-
 gem flagitabant Latinum;

Di-

*Diluvio ex illo tot vasta per aquora vecti,
 Dis sedem exiguam patriis, lituusque rogamus
 Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.
 Non erimus regno indecores, nec vestra feretur
 Fama levis, tantique abolefcet gratia facti.*

(Virgil. Lib. VII. Æneid. v. 228. seqq.) & illi, excepto quod vero Deo vere servire sese putent, expetere videntur. Hierosolymis enim jam extinctis ipsi extorres & vagabundi Christianos undamque auramque cunctis patentem rogant, quam certe humanitas homini denegare non audet. Præterea ipse Summus rerum omnium Arbiter, vitæ necisque Dominus, noluit ipsos plane extirpari, sed tantum dispergi: tolerandi ergo certe sunt.

§. II.

2) Vaticiniorum in Scriptura S. contentorum exhibeant veritatem. quod eleganter suo more confirmat B. Augustinus l. c. Tom. I. Lib. IV. Cap. XXXIV. p. m. 482. *Et nunc, quod per omnes fere terras dispersi sint (judæi) illius unius veri Dei providentia est: ut, quod deorum falsorum simulacra, aræ, luci, templa evertuntur, & sacrificia prohibentur, de codicibus corumpretur quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum. Ne forte, cum legeretur in nostris, à nobis putaretur esse confictum.* Hinc adhuc hodie Hebræi audiunt Christianorum scribarum, quod ipsis concredita olim fuerint τὰ λόγια τῆ θεῶν, oracula divina, quæ ceu depositarii fideles ubique secum circumferant.

§. III.

3) *Illustrè præbeant exemplum furoris & excandescentiæ divini.* Populum enim hunc Deus olim sibi se-

legerat in peculium & proprietatem; interea tamen quia peccantem rejecit, admonentur hoc ipso infideles & impii, ne similes experiri cogantur poenas atrocissimas, ut in vili cilicio & cineribus respersi veram agant poenitentiam. Hinc B. August. l. antea cit. (Judæi) omnia, pro quibus tantæ falsorum Deorum turbæ Romani supplicandum putaverunt, ab uno vero Deo multo feliciter acceperunt. Et si non in eum peccassent impia curiositate, tanquam magicis artibus seducti ad alienos deos & idola defluendo, & postremo Christum occidendo, in eodem regno, etsi non spatiosiore, tamen feliceiore mansissent. ad quæ verba L. Coq. Tertull. & Cyprian. adducit scribentes: *Dispersi, palabundi, & cæli & soli sui extorres vagantur per orbem, sine nomine, sine Deo Rege, quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.*

S. IV.

4.] *Quod spes conversionis adhuc superfit.* Confirmat id quotidiana experientia. Sæpe enim ex Judæismo conversi nos viaticum rogitantes adveniunt, sæpe Novellæ de eorum ad Christianismum accessu certiores nos faciunt. Placet hic unicum tantum illustrationis gratia adjicere monumentum. Haud ita pridem Relationes Jenensium publicæ hæc dabant: *Wilhelms-Dorff vom II. Julii 1701. heute haben wir abermal einen solennen Tauff-Actum eines Juden gehabt. Vor 3. Monaten kam von Fürst/ eine Meile ohn weit Nürnberg/hier an/ ein Jüdischer sehr gelehrter Rabbi von 28. Jahren / welcher so wol im Thalmud/ als d. Schrift Alten und Neuen Testaments wol erfahren/ welches lehtere Er fünfmal dergestalt mit Fleiß durchlesen/ daß Er/ als ein Eifferer nach dem*

dem Jüdischen Geseze einen ganzen Tractat wieder das-
selbe aufgesetzt. In dem Er aber bey Conferirung des Alten
Testaments mit dem Neuen/und sonderbarer Oblervirung/
daß/ was der Prophet Esaias Cap. 53. von dem Herrn
Messia geweissaget/ an Jesu von Nazareth erfüllet sey/von
der Wahrheit der Christlichen Religion überwiesen wor-
den/ so hat Er sich hier zum Christenthume angegeben/und
suchte bey der verwittbeten Frau Gräffin von Hohen-Lo-
he Neuen-Stein genädigen Schuß und nothdürfftige Un-
terhaltunge/welches ihm auch wiederfuhr/ und wurde bey
hiesigem Herrn Pfarr in dessen Wohnhaus zur informa-
tion gebracht. Weilm Er nun so wol in den Glaubens-
Puncten Christl. Religion genugsam unterrichtet/als auch
eines guten Wandels sich eiffrigt beflissen/ als wurde Er
heute in dem Gräfflichen neuen Schloß-Saal in Beyseyn
vieler Gräfflichen Standes-Personen von dem Pfarr-
Herrn Wolff Andrea Kribhan nach gehaltenen Predigt ü-
ber die Worte Gen. XLIX. v. 10. **Es wird das Scepter
von Juda nicht entwendet werden / noch ein Mes-
ser von seinen Füßen/biß daß der Held komme. Und
demselben werden die Völcker anhangen) getaufft /
und Philipp Ernst Christenfels genannt/nachdem Er zuvor
sein Glaubens-Bekandtniß mit sonderbarer Gehorsamkeit
abgelegt. Dessen Tauff-Zeuge war der Hochgebohrne
Graff/Herr Philipp Ernst/Graff von Hohen-Lohe / Thro
Käyserl. Majestät würcklicher geheimter Rath. Dieser ist
nun der achte/ welcher binnen Jahres-Zrist alhier getaufft
worden.**

S. V.

5.) Quia tolerantur autoritate juris Civilis. jam ve-
ro qui sese opponit Magistratui, in Deum ipsum delin-
quit

E 2

quit Rom. 13. vide in hanc rem Liebenthal Collegii Politici Exercit. V. Quæst. 4. p. 130. seq. justum Sinold cognom. Schützen Prof. Marburg Collegii Publici de Statu Rei Romanæ Volum II. Disput. IX. p. 114. seq. 6.) adstipulatur juri Civili Canonicum c. sicut jud. 9. vers. nullus extr. de jud. & Saracen. 6. Liebenthal l. c. 7.) jus habendi & tolerandi judæos est de Reservatis Imperatoris, quod olim non nisi summo Principi seu Imperatoribus Romanis competiit. Postea vero Electoribus secundum Auream Bullam Cap. 9. successu temporis ex singulari privilegio etiam Archiducibus Austriae concessum, Melchior Goldast. in tr. suo de statut. & rescript. Imp. sub rubr. Fridericorum 1. & 2. Et tandem quibuslibet membris imperii, Regalia obtinentibus, id privilegium indultum est, Reformation guter Policey zu Augspurg/ Anno 1530. auffgericht/ sub tit. von Juden & Policey Ordnung. item De Anno 1548. eod. tit. & de Anno 1577. tit. 20. Sixtin. de Regalib. Lib. I. Cap. 5. num. 9. Petrus Heig. part. I. quæst. 4. numer. 30. Liebenthal l. c.

CAP. IV.

*Determinans quibus presuppositis conditionibus
Judæi intra Christianorum pomeria
tolerari possint.*

§. 1.

Hucusque rationes expulsionem vel tolerantiam Judæorum svadentes ad fatietatem, quod spero, cognovimus. Decisio juxta communem in hac quæstione enucleanda Politicorum methodum sequatur, res ipsa exigere videretur. Et sane optandum esset ut in Respublicas Christianorum, è quibus semel ejeçti sunt judæi

dai, rursus non reciperentur, cum propter causas non le-
ves modo adductas; tum propter odium in Christianos
acerrimum, quod infestum illud hominum genus semel
læsū non tam facile solet deponere. Quemadmodum
vero receptio semel expulsoꝝ est valde periculosa, ita
sane omnium atque singulorum ejectio simul, uno eo-
demque tempore facta Politicæ proficua non est. Pro-
prio Hispania id confirmat exemplo: hæc enim aliquan-
do judæos omnes, n̄ vellent cum conjugibus & liberis
mancipioꝝ loco haberi emigrare & terras alio calen-
tesole invisere severissime mandârat. Illi ergo ad Tur-
carum terras concedentes non ingentes solummodo se-
cum advexere divitias, sed & artes bellicas non ita pri-
dem in orbe Christiano inventas Muhamedanos [qui di-
versoria & hospitia ipsis offerebant lubentissimi] docue-
runt, ingenti Christianoꝝ damno, adeo ut nunc Con-
stantinopoli tantum ultra 20000. Judæoꝝ numeren-
tur. Heid. ex Jovio Orat. I. Volum. p. 420. citante Men-
gering. loco aducto p. 27.

S. II.

Medium ergo laudabiliter tenens Augustissimus Im-
perator certis Judæos inclusit limitibus, quos inter si
fese contineant, salva eosdem tolerari posse conscientia,
firmiter concludimus. Prima ergo conditio est vel esse
certe debebat,

S. III.

*Ut scatis temporibus ad sacra Christianoꝝ fre-
quentanda compellantur.* Et id quidem Romæ per sin-
gulas septimanas fieri, pro certo mihi narratum est. Nec
careret hic compulsus fructu; nam si quis mediis plane
est destitutus, nec unquam præjudicia & præconceptas

opiniones deponere potest, quomodo, quæso, finem tandem obtinuerit? idem svadet Gerson in præfat. seines Jüdischen Thalmuds b. 3. l. Wenn eine Obrigkeit ihre Jüden/welche sie in ihrem Schutze hat / zum Erkänntniß der Wahrheit führen will/muß sie ihnen meines Erachtens Gottes Wort/sonderlich aber die Schrifften des N. T. lauter und rein an einem solchen Ort/da keine Bilder seyn (falsa enim sunt in persuasione judæi, imaginum usum plane esse illicitum, in quo tamen graviter errant) predigen lassen/dieweil Gott selber verheisset durchs Wort thätig zu seyn/ und die Juden auch ohne Verlesung ihres Gewissens solche Predigten an solchen Orten anhören können. Inmassen auch D. Ernestus Ferdinandus in seiner Vorrede für der Juden Geißel geschrieben / solches bezeuget/ da er schreibet: Pabst Gregor. XIII. habe solches mit ihnen vorgenommen/ und auch solchen Nus geschaffet/ daß außs wenigste alle Wochen zwo Jüdische Personen in Christo Jesu seyn getaufft worden.

s. IV.

2) *Ne novas exstruant Synagogas.* Durius aliquantum contra Hebræos scripsit D. Lutherus, quando Tomo 5. Lib. Witteberg. Germ. hæc reliquit: Princeps Synagogas judæorum tollat atqve incendat, ædes similiter destruat, libros Thalmudicos illis eripiat. Rabbinis publice ac privatim docendi facultatem adimat, saluum conductum illis plane deneget, in perpetuo exilio illos contineat atque ad infima & sordidissima servitium publicatum privata adigat, & denique concionatores, Magistratum & omnes Christianos à commercio judæorum dehortetur. Politici hac in re sunt mitiores, adeo ut etiam Jo. de Avam. ap. *Servitium in Periculo Legali de Ju-*

daic

daís, statuat, posse judæos novas extruere Synagogas, si vetus corruerit. A qua tamen sententia ipse recedit §. 8. sic colligens: *Quamvis judæis non sit permissum erigere novas Synagogas, tamen cuilibet Judæo licet habere in domo propria locum privatum ad orandum & contemplandum pro se ipso, & domesticis suis, quia non est Synagoga: sicut cuilibet Christiano licitum est habere oratorium privatum, in quo habere potest sedilia ad sedendum, & lampadas accensas propter devotionem, & tenere libros aliquos propter officium dicendum in armario, quod oratorium non dicitur Ecclesia.*

§. V.

3) *Ut quiete & pacifice vivant.* Quæsi enim turbas hinc inde velint moliri, statim ipsos exterminari posse, præsertim si fiat nutu ejus qui summas imperii tenet) nullum plane est dubium. Hinc, cum olim Nordhusæ propter expulsam blasphemum illum, quo de supra monuimus, tumultum viderentur excitaturi, Senatus dicti loci non modo Anno 1559. supplicatorias exhibens Imperatori Ferdinando I. literas obtinuit, ut omnes judæi ad duo milliaria ab urbe elongarentur, sed etiam scripto ad valvas publicas affixo eorum propositum coëreuit hæc in mandatis exhibens: *Nachdem unsere Herr/die Erbaren Råhte befunden/ daß sich die Juden in grosser Anzahl in dieser Stadt/ mehr denn solches bey Menschen-Gedencken erfahren/mit Handel und Wandel eindringen/und tägliche Klagen im Regiment erfahren/in was großem Nachtheil unsere arme Bürger erwachsen/ demnach wollen wir Burgemeister und Racht der Stadt Nordhausen aus ernstlichem Beschlusse und Befehl der andern Råhte/ alle unsere Bürger und Einwohner hiermit verwarnen/ daß sich ein*

ein ieder der Jüden uehlichen / wucherlichen / und sonst
eigenüßigen unchristlichen Gemeinschaft und Hand-
lungen müßigen / sie meiden und fliehen soll. Es sollen auch
alle Jüden die in dieser Stadt ein oder ausreiten oder ge-
hen / ihr öffentlich Jüden- Zeichen / einen grossen gel-
ben Ring an ihren Kleidern unbedeckt tragen / damit sie er-
kannt / und für eheliche Leute nicht angesehen werden / wer
darüber angetroffen / der soll zu Gefängniß bracht und in
eine Buße verfallen seyn. Sunt enim judæi nihil aliud
quam servi poenæ & Fisci (prout appellantur in der Stadt
Frankfurt Historischen Verlauff p. 72. & 73) ergo obe-
dientiam ad nulum debent.

§. VI.

4) *A blasphemis publice & privatim abstineant.*
Utque illud eo sanctius præstetur, possint certe si in Rem-
publ. recipentur, vel si jam receptorum filii adolesce-
rent, juramento ad id obstringi. Nam licet quoad cæte-
ra vel maximè viverent pacifici, nec in ullum præcepto-
rum vel quicquam peccarent, non tamen posset pius Ma-
gistratus sciens has contra Salvatorem suum, B. Virgi-
nem Mariam & S. Evangelium blasphemias hinc inde
spargas, salva conscientia eos tolerare: hinc Electoratus
Saxonix & Ducatus VVirtenbergici Principes ipsos hanc
solam ob causam recipere noluerunt.

§. VII.

5) *Exercitia lucratoria & anatomicos menstruos in-
termittant.* Præterquam enim, quod hoc modo incola-
rum non pauci ad incillas & restim adiguntur, solent di-
tiores his fraudibus judæorum allecti, & nimia haben-
di libidine seu avaritia pessima dementati, vestigia eo-
rum sequi, usura & fœnore intolerabili egenos exsugē-
re,

re, quod de Christiano audiri, turpissimum est. In specie quoad telonia gravis vox est Danæi Aphorism. Polit. ex Tacit. Lib. XIII. Annal. p. 444. dicentis: *Optandum esset in provinciis Imperatori subiectis, ut judei, maledicta gens, arcerentur à teloniis & vectigalibus. Videas eos prefectos monetis, vectigalibus vini, quod ex Hungaria in Silesiam advehitur. Melius & sanius judicat Gallia, quod ejecerit istam gentem, non nisi fraudibus cives circumvenientem. Tacit. Lib. 2. Annal. ait. factum Rome patrum consultum de judeis expellendis, ut quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta, queis idonea etas, in Insulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniiis: & si ob gravitatem cæli interis sent, vile damnum: ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuisent. Habent in hoc quod discant & imitentur Christiani principes ab ethnicis. Idem ad coercendos horum hominum usuras hoc [ex Forst.] dat consilium p. 304. l. c. ista gens, post immane Servatoris nostri Jesu Christi piaculum ira Numinis omni exuta dignitate, & quo ceteris mortalibus ostentui esset suis ejecta sedibus, vaga arque egens, qua lucri fraudumque tuto exercendarum spes duxit, omnibus se terris dispersa effudit, perque omnes urbes prompta dolis, pecuniæq. vias omnes callens fenerator. Ita ut in Hollandia per Lombardos, alibi per Hebræos plebs & primores evertuntur fortune, circumveniuntur atque obruantur fenore. Verum utriusque digni sum, ut Principes illis utantur velut spongiis, ubi satis biberunt, madidis exprimendis.*

§. VIII.

6) Evidenti signo à Christianis discernantur. Id quod est annulus flavus quem publice & palam vestimentis affixum gestare tenentur. Instituerat quidem DEUS Ter Optimus Maximus etiam in V. T. quod pace Dnn. Theologorum adduxerim, ut uterentur filis retortis hyacintini coloris, seu, ut in angulis vestium appendent filia flavi coloris de nodo egredientia (einen feinen gelben Zorten oder Büschel Luc. Osiand. ad locum mox citandum) quem admodum expresse habetur Numer. XV. v. 37. s. Rede mit den Kindern Israel und sprich zu ihnen/ daß sie ihnen Lapplin machen an den Sittichen ihrer Kleider/ unter allen euren Nachkommen/ und gele Schnürlein auff die Lapplin an die Sittich thun. Und sollen euch die Lapplin darzu dienen/ daß ihr sie
E
an

ansehet/ und gedencet aller Gebot des Herrn/ und thut sie/ daß
 ihr nicht eures Herzens Düncken nach richtet/ noch euren Augen
 nachhuret. Sed quod tum fiebat in observationem & venerationem
 præceptorum divinorum; nunc in ignominiam & turpitudinem
 conversum est: hoc enim gens ista ceu publice infamis à
 Christianis discernitur. Ejusmodi annulus flavus Lipsæ in Nun-
 dinis celebrioribus cuilibet judæo traditur, carissimo; sub discesum
 pretio redimendus. In terris tamen Serenissimi Domini Veneti
 ferunt signum in capite, videlicet biretum crocei, vel lutei co-
 loris, ut eo melius possint Christiani ab eorum familiaritate &
 consortio se abstinere. Sunt autem, in quibus prohibetur com-
 munitio (velut hæc ordine adduxit Struvius supra laudatus l. c. §. 9.)
 decem casus 1) in cohabitatione in iisdem sc. ædibus, 2) in con-
 vivis 3) in balneis 4) & 5) in usu Medici & Medicina. 6) in edu-
 catione filiorum. 7) in famulatu illis præstando; quod tamen
 multas limitationes admittit. 8) in subjectione per vinculum ser-
 vitutis 9) in functione muneris publici 10) in edendis eorum azy-
 mis. Azorius addit non esse celebrandas nuptias aut dies festos,
 nec ad Synagogas accedendum, nec cum iis ludendum, nec cho-
 reas cum iis agendas.

§. IX.

7) *Invieltissimo & Augustissimo Nostro Leopoldo tributum an-
 nuum solvant*, hanc in rem facit Edictum Anno 1666. 23. No-
 vembri publicè promulgatum per totum Romano Germanicum
 Imperium hujus tenoris: *Weil ihre Käyserl. Majestät unter
 andern Regalien / Hoheiten und Reservaten auch die Gerech-
 tigkeit hetten/ daß alle Juden im H. Römischen Reich/ so über
 12. Jahr alt/ dem Römischen Käyser als ihrem Obern und
 Schutzherrn zu ihrer Käyserl. und Königl. Krönung einmal
 einen Gold-Gulden und folgendts alle Jahr und jährlich abson-
 derlich zu den H. Weynachten abermal von jedem Haupt ei-
 nen Gulden Opfferpfennig zugeben schuldig/ als wolten bey
 Verlust ihrer im Reiche habenden Freyh. it solche Kron-Steu-
 er und Opfferpfennig abzustatten ihnen ankündigen &c.*

§. X.

8) *Ut nomen & actionem adversus Christianum competentem
 in Christianum nullo modo transferri possint sub illarum omissione.*
 9) *Ab emtiationibus rerum furtivarum abstineant, easque domi-*
 nis

nis citra dispendium restituant, vel si dolo malo alienaverint, pretium solvant si scientes emerint, pro delicti modo puniantur. Quomodo autem judai hic delinquere possint ex *Staccia in Tract. de commerc. & camb.* §. 1. quaest. 1. n. 556. eleganter deducit supra citatus Schutzius Volum. II. Disput. IX. quae melioris cognitionis gratia hic repetemus. Commercia sunt illicita (a) ratione rerum à commercio exemptarum, quales sunt liber homo l. 34. §. 2. ff. de contrab. emt. res sacrae, religiosae, publicae §. 2. *Instit. de inutil. stipul. res alienae l. tis. C. de reb. alien. non alienand.* (b) personarum quibus ob certam qualitatem commercia interdiciuntur, sic Turcis aliisque Imperii hostibus arma, ferrum, pulverem & alia ad bellum necessaria vendere imperio Romano subjectis non licet. (c) temporis, ut si die Dominica vel alio festo solenni negotiatio exerceatur, (d) Loci, ut si negotiatio in Ecclesia vel alio loco sacro fiat, quod prohibitum esse liquet. (e) qualitatum, circumstantiarum & pactorum, quibus commercia alias licita foedantur, ut sunt pacta monopolii, deceptio & dolus interveniens, stipulatio usurarum. &c. (f) fraudis commissae in legem; ut si quis filio familiarum mutuo det non pecuniam, sed res alias, veluti vinum, frumentum, oleum, ut illis distractis consequatur pecuniam, qui non contra verba legis, sed contra mentem peccat l. 7. §. 3. ff. de senatus consult. Macedon.

§. XI.

10.) Mutuatam Christianis pecuniam, vel quid & quando crediderint, an & quale pignus acceperint, non sua, sed Germanica lingua conscribant. quae scriptura coram loci Magistratu fiat, alias viribus careat, nec de ea cognoscatur. Sic enim valvae obstruuntur dolis, fraudibus & fallaciis Hebraeorum, & simplicissimi quoque cum ipsis tuto contrahere possunt. Continetur id im Reichs-Abschied de Anno 1551. vers. diesem zubegegnen. ibid. da aber einige Verschreibung oder Obligation von nöthen/ so soll dieselbe von der Obrigkeit des Orts vrfertiget werden. Und da sie diesem entgegen einige Verschreibung hinsüro auffrichten ließen/ so soll dasselbe Kraft-los/ nichtig und unbündig seyn/ und kein Richter darauß erfennen.

§. XII.

11) Ne Judaeos ad nos transire volentes prohibeant. l. 3. C. de Judaeis.
12) Ne homines Christianos ad suam Religionem pertrahant. l. 16. C. de Judaeis. Occurrit hic quaestio an Judaeorum liberi invitati etiam vel reculantibus Parentibus baptizari debeant? Resp. Neg. Raptus enim liberorum à manibus parentum infidelium juri naturae & divino, repugnat.

Schertz.

Scherz. System. Loc. XIV. §. 12. p. m. 352. Baptismus talium, qui extra nostram potestatem sunt, nullo Apostolorum vel primitivæ Ecclesiæ idoneo testimonio confirmari potest. Quid quod? ejusmodi Baptismus cum præsentissimo Apostasiæ periculo (tales enim postea iterum devenientes in potestatem infidelium, non solum rursus deficient; sed propter hoc factam religionem Christianam, ex indignatione eò magis persequentur & blasphemabunt) est conjunctus. Plura argumenta *vid. ap. Scherz. l. a.* Nec est, quod Canonistæ objicere velint, quod Judæi per passionem Christi facti sint servi: & Dominus seu Princeps in parvulos magis habeat jus dominii quam parentes Struv. l. c. nam DEUS gloriosissimus, (cui sit laus & benedictio in secula!) respuit ejusmodi cultum coactum, mavult liberum & spontaneum spiritum, ejusd. sententiæ nobiscum est *Thomas Aquinas 22. qv. 10. artic. 12. & Quodlib. 2. artic. 7.* cuius sententiam contra Scotum defendit *Cajetanus.* Quæ Scholastici recentiores Casuista & Canonistæ communiter sequuntur. v. Struv. l. c. §. 14. Schützius tamen l. c. casum affert, ubi coactio quædam locum habere videatur, quando inquit: *Limitari tamen hoc ipsum solet, quando judæus vel judæa ad religionem Christianam se convertere vult, aut parvulum filium aut filiam secum adducit, quo casu parvulus altero parente judæo invitato ad baptismum perducitur potest.*

§. XIII.

- 13) Ne liberos suos Christianos factos exheredent.
- 14) Ne habeant Christianum mancipium.
- 15) Ne prodeant in publicum in diebus Dominicæ passionis.
- 16) Ut habeant in die Parasceves ostia & fenestras clausas.
- 17) Ne cum Christianis matrimonium contrahant.
- 18) Ne ad officia publica, honores & dignitates admitantur.

Hæc qui prolixius cognoscere velit, adeat Libenthalium l. c. Struvium l. c. §. 15, seqq. Schützius loco sæpe allegato, §. 17, 18, 19.

§. XIV.

Pauca hæc & maximam partem ex Historia recentiore deprompta exercitii Academici ergo proposuisse sufficiat. O utinam DEUS populum perversum & excecatum, qui hæcenus diebus multis sedet sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus, luce veritatis illuminatum in veram Religionis Christianæ viam dirigat, ut & nos, de ipsorum ad Ecclesiam accessu, quemadmodum pii illorum majores olim de adventu gentilium numerosissimo, in suam gaudere possesum.

FINIS.


SOLI DEO GLORIA!

ULB Halle
005 355 346

3







11

I. N. T. S. M. A!
DISSERTATIO HISTORICO-POLITICA,
DE
**JUDÆORUM IN
REBUS CHRISTIA-
NORUM PUBLICIS
TOLERANTIA,**

1703, 10

P. A. 13

Quam
DIVINA AUXILIANTE GRATIA;
Amplissimi Senatus Philosophici Autoritate,
IN PERANTIOVA HAC ELECTORALI AD
HIERAM UNIVERSITATE,
PRÆSIDE
**M. JOHANNE HEIN-
RICO Siemeroff/**
Ecclesiæ Michaël. Diacono, Gymnasij
Professore, P. L. C.

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit
RUDOLPHUS FRIEDERICUS
de **Siegler** / ERFURTENSIS,
PHILOS. & JURIS UTR. STUDIOsus,

In Auditorio Philosophico
Horis confvetis.

Diei 22. Septembris Anno 1703.

ERFORDIÆ,
Excudebat **JOH. HENR. Grosch** / Acad. Typogr.

